



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Suumma [!] de laudibus christifere virginis Marie

Albertus <Magnus, Heiliger>

Colonie, 1502

VD16 A 1357

De fide

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69610](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-69610)

De fide

Fides de
Delectatio in
tenditur.

¶ Undecimo de fide. Dicitur autem fides secundum glo. Inuisibiliū certitudo. Intenditur autem delectatio ex certitudine tribus modis. Primus est per scibiliū pluralitatē ut si est delectatio in sciendo. quanto plura sciuntur tanto maior est delectatio. scilicet beatissima regina plus alijs omnibus sciuit. igitur plus omnibus hunc modum delectationis habuit. Secundus modus est per nobilitatē et melioritatē scitorum ut si est delectatio in sciendo talia. maior delectatio erit in sciendo nobiliora et meliora. scilicet beatissima regina sciuit inproportionabiliter nobiliora et meliora ad sciendum alijs scilicet deū et trinitatē et suā beatitudinē propriā. igitur eius delectatio quā habuit in sciendo omnium aliorum delectationibus fuit inproportionabilis. nihil enim delectabilius est scire aīe quā scire deū. et se ab ipso scire nunquam sepandā. Tertius modus est per modum sciendi perfectiorē ut si delectat aliquid scitū taliter scitū plus delectat quod scit perfectius. scilicet beatissima regina inproportionabiliter plus sciuit perfectū. igitur inproportionabiliter perfectiorē habuit delectationem in sciendo. ¶ Itē iudicia pcedit visionē. visio certitudinē certitudo delectationem scilicet beatissima regina habuit inproportionabilem iudiciā. igitur visionē. igitur certitudinē. igitur delectationem. Sic igitur per quālibet beatissima regina et plura sciuit et delectabiliora ad sciendum et perfectiori modo sciendi omnibus alijs. et sic certitudinē inuisibiliū habuit excellentius omnibus alijs. Igitur fructū fidei in summo habuit

¶ De modestia

¶ Undecimo de modestia. quod ut dicitur glo. consistit in dictis et in factis et in sermone. scilicet hoc fuit in summo in beatissima regina ut probatum est superius. igitur debebat ei resectio in summo. probatur. Sicut enim se habet ad cibum ad cibum. ita delectatio ad delectationem. ¶ Itē sicut se habet fortis ad virtutē. ita actio ad actionem et modus actionis ad modum. scilicet beatissima regina fortiter habuit in summo. igitur et actionem et modum. scilicet penes modificationē consistit modestia. igitur eā habuit in summo. igitur et fructū modestie. ¶ Itē in fortibus politicis virtus est medietas duorum extremorum. vnde et in his modis consistit circa mediū eleuare. in fortibus autem theologice tanto magis est virtutis esse quanto maior est eleuatio et extensio ad consequendum finis. vnde modus ibi attendit secundum maiorem eleuationem fortis. fides enim tanto magis est virtus quanto magis eleuat potentiam ad credendum. Et similiter in amore modus est per modum in statu vie eleuare potentiam ad perfectissimum actum quod potest esse in statu vie. huiusmodi autem eleuatio fuit tantum in beatissima regina. igitur ipsa habuit modum tantum in summo. igitur ipsa habuit modestiam tantum in summo. ¶ Itē rationabile obsequium vel sty. Glo. ne quod minus vel nimis. hoc autem solum uenit beate regine pacem. igitur beatissima regina sola habuit fructum modestie in summo. ¶ Itē in alijs viatoribus modestia est cohibitio et restrictio appetituum inordinatorum et concupiscentiarum surgentium. et fructus modestie est resectio vel delectatio de